



GVIL. ABRAHAM TELLERI
P R A E T E R I T A
IN
QVATVOR HYMNOS
DAVIDEOS
II XVI CIV CXXI

SPECIMEN RELIQVORVM OMNIVM

L I P S I A E
APVD E. B. SCHWICKERTVM
cl^o Idccclxxxiii.

EVIL ABRAHAM TELLER

PRAEFATIO

IN

QUATUOR HYMNOS

DAVIDEOS

M. XVI. CIV. CXXI

SPECIMEN RECTORVM OMNIVM

LIBRARIA

AVD. A. SCHWICHERTM

CHRISTIANIA



Emissi hoc eodem tempore translationem germanicam Hymnorum sacrorum, quorum indicem prima exhibet pagina eademque addidi obseruationes eiusmodi, quae Lectorum vniuersitati et ad legendum accommodatae et ad intelligendum vtilis inprimis esse videbantur. Sed cum hoc modo quaedam, tum in legenda distinguendaque oratione, tum in sensu verborum statuendo, praeterire coactus fuerim, quorum siue argumenta seueriores iudices requirere possint, siue animaduersionem superiores interpretes reliquerint, ea seorsim in hoc libello tractare constitui, vtens propterea *Praeteritorum* appellatione.

Itaque plane ab iis omnibus abstinebo, quae per se facile intelliguntur, aut ab aliorum doctrina iam satis perfecta sunt, omninoque in vniuerso tractandi modo ita versabor, vt neminem explanatorum nostrae huius aetatis de industria acerbitate sermonis laedam, cui tamen non modo contradicere, verum seuerius etiam

repugnare res aliquando postulet. Nam illud quidem non dissimulo institutam nuperrime a Celeb. MICHAELE, Goettingensium propter tot alia merita verissimo ornamento, in transferendo explanandoque Vetus Testamentum rationem, se in paucis mihi probare. In quo iudicando si quis mihi audaciam exprobret, pati possum, iustum sensum doloris, per tanti Viri auctoritatem, apud multos veram intelligentiam hebraicorum librorum plus impediri, quam adiuvari, reprimere non aequae. Nam si hoc demum sit interpretem agere liberalem atque feverum, ut nimirum malis doctus esse, quam videri, eam in declarando sensu scriptoris parsimoniam adhibens, qua non omnia dicuntur, quae forte dici possint, verum quae suffecerit pro loco dixisse; ut libenter profitearis, a quibus profeceris ipse, ne cogantur iuniores a tui folius auctoritate pendere, quae est pestis studiorum omnium; ut porro non reprehendas in aliis, in *Schulteno* v. g. scabiem etymologicae interpretationis, in *Clerico* venustatum linguae hebraicae negligentiam, in *Boyseno* abusum Lexicorum Castelli atque Golii et sic porro, a quibus

quibus tamen ipse non liber sis; rursus praeter externa linguarum et antiquitatum adiumenta, ipsum usum linguae, cuius interpretatio fit, siue communem omnibus, siue proprium singulis scriptoribus, domesticas *evocias*, sensuum imaginumque elegantias atque reliqua huiusmodi diligenter circumspicias; tandem si tuis temporibus tuique coetus siue praescriptis formulis, siue consiliis seruire cogaris, potius plane ab interpretandi ambiguitatibus abstineas, tibi que soli sapias: Si his, inquam, omnibus interpretes accuratus non carere debet, sentio ego certe, multa in iis deesse Viri illustris tanquam interpretis scripturarum V. T. personae. Atque ut sit haec reprehensio grauis, est tamen vera iustaque, ut opinor, planum fecisse in his, quaeque in reliquos Psalmos omnes parata ferre apud me seruo, Praeteritis.

Sed Vobis parantur, qui aliquando in terris Borufficis verae diuinae sapientiae interpretes euadetis: Vestrum imprimis amore me in huius iudicii pericula iniicio, ut non temere aliorum confidatis auctoritatibus atque vel ex par-

uo specimine cognoscatis, quam multa quaerenda excutiendaque in textu V. T. supersint, Vobisque ipsis ad Praeterita scribenda relinquuntur. Ita, vt hoc vtar, ad Hymni $\overline{\text{XVI}}$. disti. 5. amplius quaeri possit, annon illi מנחם insit allusio ad cultum מנחם Ies. LXV, II. Israëlitis exprobratum, cum mox ante idolorum studia commemorassët et constet inter eruditos *lunam* Hebraeis atque Arabibus מנחם ab eadem radice מנחם dici, quoniam tempora ad eam dimetiebantur, vnde deinceps Graeci suum Μηνη , pro recentiore σεληνη , hauserunt atque vel ipsum eorum *Μανια* deriuari possit, quo iudicentur primum morbum lunaticorum hominum significasse.

Quare his vtemini ex meo voto h. e. vt amor iustae interpretationis Scripturarum diuinarum ad maiora proferenda apud Vos siue excitetur, siue confirmetur augeaturque. Scrib. Berolini a. d. xiv. Aprilis MDCCLXXIII,

In

In
PSALMVM II.

לְאֲמִיִּם *populi* vertere solent fere
omnes: Sed hoc foret
עַמִּים cum illud potius *nationes* reddendum sit, at-
que fortassis lingua adhuc florente in sublimiori so-
lum dicendi scribendique genere usurpatum fuerit.

יִהְיוּ רִיק, *vana* cudunt *consilia*: Ita verto,
aut, cum Clerico, *inania* moluntur. Abhorret certe
animus a quorundam, quorum tamen doctrinam li-
benter admiramur, *rugiunt ita vane*. Etenim nullo
profecto exemplo vsus talis verbi הִזְנוּ seorsim sumti
doceri poterit, vt hoc plus audendum sit in eius-
modi orationis serie, quando cum רִיק coniungitur.
Itaque videas etiam eos coactos esse suum *ita* intru-
dere, cuius nullum adest in textu vestigium.

יִתְצַצְבוּ, nimirum, quod sequitur, *aduersus*
Ioua; vnde vertendum *opponunt se*. Chaldaeus non
male קִמְיָן, et LXX alibi rectius per *ἐπιμαρτυροῦν* trans-
ferunt, vt Num. XXII. 23.

רֹזְנֵי plurimi *principes* vertunt, quod ta-
men esset שָׂרִים; alii quidam *dominatores*, noua

permutatione cum מוֹשְׁלִים: LXX paulo melius ἀρχοντες, quod semel retinuit in latina versione Tertullianus adv. Marcio. l. IV. c. 42. alibi vero l. V. c. 3. permutavit cum latino verbo *magistratus*. Sed monuit iam *Schultenus* in Comm. ad Prouerbia וְרָרָא *librauit* significare, vnde רָרָאִים sint *Consilarii*, quasi ponderatores consiliorum; iidem itaque quos recentiore appellatione רָרָאִים dicere solent.

יִשְׁחָק: HVBIGANTVS vult legere יִשְׁחָקִים cum affixo, quod adesse debeat, atque sic plane in recensione textus Psalmorum Parisiis edita in forma minima impressum legitur. Sed quare affixum desideres, cum sequens לָמוֹ ad vtrumque verbum pertineat? Quoad versionem graeci verbo ἐκγελασεται vtuntur, cui tamen praefendum latini interpretis *irridebit*, graece ἐπιγελασεται: nam hoc est יִשְׁחָק sequente ל obiecti ex singulari artificio hebraeorum in comprimendis verbis, etsi vel praeclarissimi interpretes toties nolint animaduertere: cf. Pf. XXXVII, 13.

וְרָרָא: Hoc siue *tunc*, *tum*, siue *aliquando* veritas, friget oratio. Itaque monui iam *in notis crit.* ad Gen. XLIX. etc. p. 124. seq. saepius וְרָרָא significatione *feruoris*, *vehementiae*, sumi, cognouique deinceps VRIEMOOTVM idem iam obseruasse *ad dicta classica* V. T. t. I. p. 192. conferendo Arabicum وَرَرَا de *feruore bullientis ollae* dictum et illud Psalm.

LXXVI.

LXXVI, 8. **סמו אפפך**, prae *feruore* irae tuae.
Foret itaque haecenus versio:

vehementer eos adloquetur in ira sua.

Sed cum etiam in lingua Arabica *festinauit*, *propet-
rauit* significet, mallet hic *festinanter* vertere, vt
per hoc augeatur comminatio increpationis.

ירכבר אלימו Hic denuo vim composito-
rum verborum negligunt interpretes fere omnes,
dum reddunt, *loquetur ad eos, aut cum eis*. Vnus
Clericus per suum *adloquetur* eam expressit. Nam
hoc est **ירכבר** sequente **אל**, vt *colloqui* sequente **כ**.

ואני נסכתי וגו' Hunc totum versum HV-
BIGANTVS in editione commemorata ita exscribi
curauit:

ואני נסכתי מלכו על ציון הר קדשו

Obiter hic notandum censeo, Virum celeb. cum in
Piel verbum **נסכתי** pronunciari velit consultius fe-
cisse, si **נססכתי** imprimi curasset. Nam in huius-
modi ambiguitate pronuntiationis credo aut Dagesch
forte tanquam signum duplicandae litterae compen-
dii causa inuentum in codice inpunctato exprimen-
dum esse, aut ipsam litteram bis ponendam. Sed ad
rem. Vult nimirum haec non ipsius Ioua, sed Mes-
siae esse, sequutus auctoritatem veterum interpre-
tum, atque motus praeterea antecedente **ירכבר**,
non *dicit*, sed *loquetur* vertendo. Imo vero *adlo-
quetur* vertendum esse mox ante vidimus, vt adeo

A 5

valde

valde opportunum sit increpantis Ioua ipsius verba nunc deinceps sequi. Sed perit etiam hoc modo pulcherrimus carminis ornatus, quem ad versionem germanicam laudauī.

וַאֲנִי Non abundat *Vau* in h. l. vt alibi facius, sed est cum indignatione improbantis aliorum peruersa studia; vt verti debeat: *Ipse ego.*

אֲסַפְרָה אֶל חֶק וְגִוֵּי In HVBIGANTI Psalterio haec ita exscripta sunt

אֲסַפְרָה אֶת חֶק יְהוָה . יְהוָה אָמַר וְגִוֵּי

quoniam nimirum LXX κυριος bis exhibent: Διαγγελων το προσαγμα κυριου. Κυριος ειπε κ. τ. λ. Itaque legerunt plane אֶל et in pronunciatione tantum, ac si esset nomen Dei אֱלֹהִים aberrarunt, quorum etiam referendum est Theo. אֱלֹהִים. Sed tamen requiritur nota accusatiui. Ita nimirum credere iubent interpretes, quos ego quidem nouerim, omnes voluntque adeo אֶל h. l. pro אֶת accipiendum esse. Nouo itaque hoc eoque valde luculento exemplo discant tirones, quam multa ante pedes posita spernuntur atque frustra in remotissimis Arabum finibus quaeruntur. Est nimirum סָפַר sequente אֶל plane latinorum *adnumerare*, vnde versio huius loci, *adnumerabo decretum* atque sensus; verbotenus, exacte, argumentum decreti inaugurationis meae proponam: *Ioua dixit etc.*

וְגִוֵּי

"ותאכרו דרך וגו". Haec iterum HVBICANTVS sine necessitate in hunc modum excipita dedit

"ותאכרו . כי ידרך וכער וגו"
et pereatis. Etiam incedet et cito exardescet etc.
 Atque huic, vt videri posset, audaciae in lectione mutanda primum excusationem quaerit in simili contextu Mich. V, 5. deinde in peregrinitate *Ἰσσεως* אכר דרך, quomodocunque eam vertas, siue *perdere viam*, siue *perire de via*, h. e. *aberrare a via*. Nunc si excitatum locum euoluas, כי ידרך quidem inuenies, de quo, quin hebraice dici possit, per se nemo dubitet, sed in alio plane contextu: Vt taceam, ne vnam quidem antiquarum versionum addicere. Vertunt quidem graeci *ἐξ ὁδὸς δινομας* cumque his latinus interpres *de via iusta*, sed obseruauit quoque Origenes exemplaria graeca hic corrupta esse, et Hieronymus abesse vltimum verbum ab hebraicis. Quod vero ad peregrinitatem sermonis attinet, ipse credo, *perire de via*, pro aberrare, fingi, quemadmodum ellipsin *τὸ π* ante דרך, tuncque potius ex hebraismo dicendum fuisse *סן הארץ*. Plus ferri posset Chaldaei *perdere*, amittere *viam*, h. e. excidere consiliis, ex vsu frequentiore verbi דרך apud Hebraeos nisi hoc nimis leniter dictum foret. Nam homines illos nil effecturos esse et per se intelligebatur et mox ab initio subridendo significatum fuerat. Sed omnino intricatiore sententia ma-
 ius

ius aliquid dicere vult, nempe hoc, esse eos *subito*,
 improviso, *perituros*. Haec vis *Φρασεως* אבר
 ררך, pro frequentiori אבר מחרה מחר Deut.
 IV, 26. XXVIII, 20. cum quis ita cito perit, vt nil
 amplius cogitare aut agere possit.

חוסו כו : ex HVBIGANTI recensione
 חוסיכ כו. Sed quamuis alibi haec forma vsi-
 tator reperiat (cf. XVIII, 31. XXXI, 20. XXXIV,
 23.) tamen neque illius exempla plura desunt
 (v. 12. Nah. I, 5. 7.) vt mallet propterea haec ta-
 lia ad Dialecti Poëticae Hebraeorum venustates re-
 ferre, eorumque causas quaerere, siue in numero
 poëtico, siue in metri artificio quodam singulari.

In

PSALMVM XVI.

מִכְתָּם לְדָוִד non intelligo quid sit, etsi non ignorem conatus Virorum Doctorum in eo interpretando. Hos itaque adeat, cui res tanti videbitur! Me certiora atque grauiora quaerentem ipse carminis vix intellecta concinnitas totum ad se rapit.

Consentiunt vero omnes in difficultatibus inextricabilibus, vt horrendo verbo in re stupenda utar, commatum 2. 3. 4. Itaque fere omnes etiam in varias abeunt interpretationes et in exiguo loco ad minimum decem insolentias formae verborum et orationis statuunt, vt se extricare possint. Pauci, curam lectionis habent, inter quos HVBIGANTVS atque I. D. MICHAELIS eminent. Atque ille quidem in sua Psalterii editione textum ita legendo distinguendoque exhibet:

- 2. אמרתי ליהוה אדני אתה . טובתי כל כלעדיך :
- 3. לקרושים אשר בארץ המה . ואדני יהוה כל חפציו כם ;
- 4. ירכו עצבותם . אחריהם מהרו :

Foret itaque interpretatio: *Dixi Domino, Deus meus es tu; nihil boni mihi est supra te. Super Sanctis*

Etis suis, qui in terra sunt, magnificam fecit Deus omnem suam de illis voluntatem. Multiplicentur idola eorum, post illa currant etc. Cum hoc plane consentit MICHAELIS in statuenda lectione com-matis 2. quemadmodum in lectione רפציר com-matis tertii, etsi non sine acerbitate plurimum alias ab eo dissentiat, quale contemptus Viri tanti quamuis nimium aliquando audentis nollem iunioribus dari exemplum a Viro tanto. Sed hoc obiter. Nam etiam plus audet quam ille in reliquo contextu c. 3. ita formando,

אשר בארצה מהאדיר כל ונר

vt sit versio, in sanctis suis, qui sunt in terra eius (sepulti) miracula edit (eos nimirum refuscitans): omnis eius benevolentia iis praesto est.

Nunc cum huius loci ea fit insoles, vt tamen semper aliquid audendum sit, mallet equidem cum HVBIGANTO atque MICHAELE in lectionis iudicio leuiter errare, vt carmini suum in sensibus con-flet decus, quam cum reliquis in interpretatione in-certe vagari, vt omnis pereat diuini Poëtae spiritus. Sed neque opus est tot varietatibus in textu, qui pla-nissime cohaeret, si ita distinguas et vertas:

אמרתי ליהוה 2.

אדני אתתה טובתי

כל עליך לקדושים אשר בארץ הממה

3. יאדיר

3. יִאדְרִירוּ כָּל חַפְצֵי בָּם

יִרְכּוּ עֲצָבוֹתָם

אֲחֵר מֵהָרִוּ

*Semper soleo dicere ad Ioua: Domine tu (sum-
 mum) meum es bonum; nihil supra te optimatibus,
 qui in terra sunt. Magnificent, qui iis delectantur,
 multiplicent idola sua; alium remunerentur! Ego etc.*
 Hic nihil peregrini in sermone, sponte fluens oratio,
 apte cohaerens sententia, חַפֵּץ sequente כּ toties oc-
 currit in significatione *delectari aliqua re*, vt ipsum
 חַפְצֵי Pf. XL, 15. lectio אֲמַרְתִּי, tot auctoritatibus
 veterum interpretum munita est, et alteri יִאדְרִירוּ et-
 iam addicunt graeci, εὐμαρτυροῦσεν ὁ Κυριος, vltimum
 ך in Codice suo forte ך (Jod) figuram mentiens nunc
 pro decurtato ך nominis Ioua accipientes. Sed ac-
 centus obstant! Imo stet per me eorum auctoritas
 in hoc loco, si quis ita iubeat: Quid tum? Cantionis
 credo moderandae causa ad אַתְתָּהּ, עֲלֶיךָ, חַפְצֵי בָּם
 distinctionibus maioribus interciderunt orationem,
 vt his paulisper inhaereret animus, non sensum ora-
 tionis ipsum lacerare voluerunt. Itaque si cantando
 eos imitari velis, vttere his distinctionibus; si inter-
 pretem agere, non mirare pium Sacerdotem Deum
 summum appellasse bonum suum, quemadmodum
 mox *calicem suum*. Nihil amplius addo. Iudicet
 ipse MICHAELIS quid cogat statuere Chaldaeum
 Symmachum, reliquos, legisse כָּל בְּלַעֲרִיךָ et an-
 תּוֹן

non eodem modo vertere potuerint lectionem vulgarem? an porro vnquam beneuolentia, fauor Dei fit חפץ in numero multitudinis positum atque hoc modo non potius scribendum fuisset חפצו; rursus, quam minus probabile sit in Hymno nulla insolentiore in reliquis versibus scriptura elaborato, duo simul verba, quae vulgari lectioni praefert, ita insolenter scripta fuisse pro בארצו מאריר; tandem an hebraicum sit, miracula edere in sanctis, dicere לקרושים האריר, et in vniuersa sententia in sanctis suis — edit miracula verba ita ordinare, vt לקרושים ab initio versus ponatur. Quae desint aliorum interpretationibus, ipse Vir illustris adeo manifeste docuit, vt horum vitii recensendis ego Praeterita scribens facile superfedere possim. Veniamus itaque ad verborum interpretationem.

כל עליך. Cum olim amico meam de hoc loco sententiam exquirenti eam hoc modo proposuissem, hoc vnum, quod mirabar, desiderabat, vt docerem כל nihil significare. Itaque ei mox attuli locum ex Pf. X, 4. in quo praeterea vsus verbi שרש a multis non animaduersus peperit nouam Ellipsin: Vertunt nimirum, *impius propter superbiam non quaerit* — et quid nunc? sc. aiunt, *Deum*: Atqui faciant per me: Ego verto; impius prae nimio fastu *nil curat*.

לקרושים

לְקוֹשִׁים: Hoc quoties occurrit omnes, nemine fere excēpto, *Sancti* vertunt. Sed vix pauci etiam, quod vere dolendum est, illud latissime regnans interpretationis Vet. Nouique Testamenti subsidium norunt, quod ex vniuerso de rebus, personis, locis cogitandi apud Israēlitas modo defuntum est. Vnde fit, vt cum hoc quoque verbo atque deriuatis notionem puritatis animi coniungant, cum tamen vnice adhibitum olim fuerit ad peculiare decus, singularem destinationem (vti *legos* graecorum) significandam; vt sit Deus **קָדוֹשׁ**, augustissimus, **קָדוֹשׁ** Dei, maiestas diuina, **מִקְדָּשׁ** Dei, palatium Dei (templum), tandem, vt alibi dicta non diutius repetam, **קוֹשִׁים**, sacerdotes, ministerio sacrorum destinati. Haesit vero, vt puto, in iis praecipue haec appellatio, quoniam verbum originis **קָדוֹשׁ** proprie eorum inauguratione vsurpabatur: Exod. XXVIII, 3. XXIX, 1. et toties alibi. Et nisi me omnia fallunt, in nullo V. T. libro post constitutam Israēlitarum rempublicam *Sancti* pii in vniuersum dicuntur, si excipias Ps. XXXIV, 10. Sed hic mox declaratur communis vsus per adpositum **קוֹשִׁים**, et Deut. XXXIII, 2. carminis ante commemoratum tempus elaborati huc non pertinet, etsi me nondum poeniteat coniecturae olim ad h. l. factae, vniuersum populum ibi *Sanctos Dei* appellari, quem nimirum Deus sibi deuouerat, vt ipsi **קָדוֹשׁ** esset Leuit. XX, 26. Num. XV, 40. Videtur itaque successu temporis *Sanctorum* appellatio in
B
communi

communi vita sacerdotibus propria mansisse, unde et mulier illa 2 Reg. IV, 9. Elifaeum קרוש ministrum Dei vocabat. Nunc cum ex latinitate Theologorum ad integritatem animi morumque translatum sit vocabulum *Sanctus*, mallet in eiusmodi serie orationis vertere *optimates*.

Ceterum hymno mox sequente com. 4. nouum exemplum occurrit eiusmodi quoad sensum male diuinae orationis et natae inde difficultatis ל praefixi. Nam et ibi putem distinguendum esse:

כל המצא זמטני
4. כל יעבר פי לפעולות אדם :
"ברבר וגו"

כארץ, Hic itaque *terra*, vt toties alibi, sensu angustiore est terra *Canaan*.

יארירו, *magnificent, extollant*: Forma futuri alibi etiam occurrens, Iesa. XLII, 21.

כל חפצי בם, *omnes qui delectantur iis*. Monui iam חפץ seq. כ significare *delectari aliqua re*. cf. XVIII, 20. XXII, 9. Ies. XIII, 17. LXVI, 4. Ita *Abulfaragius hist. Dyna.* p. 45. illud permutat in sua lingua cum רצה seq. כ excitans verba Samuelis Lib. I. C. XV, 22.

עצנותם *idola sua*. Ita ex veterum quorundam auctoritate et consensu recentiorum interpretum ipse verti in translatione germanica. Cum tamen alibi semper *idola* עצנים genere masculino appellerentur

tur, adeoque hic esse deberet עֲצִיבָה per constantiorem usum (1 Sam. XXXI, 9. etc.) nunquam satis mirari possum magnos etiam interpretes sine haesitatione sumere eiusmodi significationis nominum in תָּי et ים exeuntium consonantiam, quam in nulla alia lingua vel puero fingere liceret, et a qua certissime abfuit Hebraeorum etiam in fingendis verbis solertia, quemadmodum mox exemplo luculentissimo docebimus. Itaque עֲצִיבָה forte ipsa idolorum studia, cultum idolorum, in vetere lingua significauit; vt tunc sensus foret: extollant, augeant *cultum suum idololatricum*, qui eo delectantur! Nam hic est ordo verborum, vt alibi dixi.

אֲחֵר מִהֵר Vide mihi, quam inconstanter se gerant principes interpretum in statuendo sensu librorum hebraicorum! Vertunt fere omnes recentiores, *qui alium festinanter sequuntur* (nacheilen). Vnde vero primum suum, *qui*, habent? Si אֲשֶׁר subintelligendum esse dixerint, vnde hoc sciunt? Mihi certum est omnes fere eiusmodi ellipses fingi, atque patebit ex amplius dicendis, eam hic quoque plane effictam esse. Nam quale porro hoc esse putemus, quod אֲחֵר semel per se sumtum, vertunt *alium*, et rursus in interpretatione cum מִהֵר coniungunt, vt hoc sit, *festinare post alium*? Quis hoc ferat! Tandem *festinare* esset מִהֵר? Imo constanter huius significationis verbum scribitur מִהֵר, et est Pieliticum toties occurrens in libris V. T. Nunc

quemadmodum lego et ligo latinorum, τεροφειω et τεροφω graecorum hisque similia, significationes non communicant, sic aequè minus profecto mihar et mahar apud Hebraeos. Quin itaque certum maneat מַהַר h. l. significatione *donandi* venire, vnde מַהַר i Sam. XVIII, 25. *donum*, et alibi singulari translatione *dos sponsi*. Reliquiae tales linguarum antiquarum cum verecundia essent custodiendae, non male perdendae. Sed video amplius hoc quoque deesse huic aliorum interpretationi, quod nunquam אַחַר absolute positum, et nisi Deus ipse loquendo tanquam sui contrarium vsurpet, de extraneis numinibus sumatur atque praeter hoc semper אֱלֹהִים אַחֲרֵיהֶם in numero multitudinis adhibeatur. In אַחַר interpretando idem vitium animaduertas veterum interpretum, dum aequè commiscent cum אַחַר, *post*, vt LXX. *Symmachus*, sitque tamen alius plane pronunciationis et si, quod illi volunt, dixisset, scriptum esse deberet מַהַר אַחֲרֵיהֶם, quemadmodum etiam, inuerso tamen ordine, in HVBIGANTI Psalterio est.

Verto itaque: *alium numeribus ornent!* Ego scilicet nolo ipsis sacra facere atque sacerdotio idolorum fungi. Sacerdotem vero subintelligi, si ipse sacerdos loquitur, nemini, vt puto, mirum videbitur neque huiusmodi praeteritiones in linguae ipsius praecisionibus numerandae, sed in sensibus animique commotionibus quaerendae sunt. Itaque noua elegantia per contemptum dicit אַחַר, quemadmodum nos Germani, *alium sibi quaerat.* מַהַר

מרום : Aliis hic iudicandum relinquo, quatenus probabile sit, quod ad versionem germanicam ex Siracide L. 17. submonui *vinum rubicundum* hic simpliciter **רום** dici, aut in vniuersum *succum uuarum*, vinum quoduis. Hoc quidem satis ex antiquitatum scriptoribus constat libamina Diis oblata vino et quidem *ἀνεγάρτω* constituisse, vnde vel per se intelligitur in his Diis sacris multo minus vinum sanguine permixtum in vsu fuisse, quod a multis sine vlllo idoneo fingitur testimonio. Nam quid in foedere sanciendo moris fuerit, quomodo huc pertineat?

מַנְתַּ חֶלְקִי וְכוּסִי : Quam clare haec cum sequentibus Israëlitici sacerdotis personam prodant, satis demonstrasse mihi videor ad versionem germanicam. Restat, vt in hoc loco quaedam de verbo **מַנְתַּ** addamus. Occurrit primum in eadem forma status constructi et cum **כּוּס** coniunctum XI. 6. et plane latinorum *demensum* esse videtur. Nam **مَنْعِي** apud Arabes in prima coniugatione est *decernere*, vnde in quinta *optare, desiderare*, quoniam in omni desiderio nobis aliquid decernimus, atque ex illa priore significatione mors, cum sit vnicuique decreta, dicitur *almaniat*: cf. Pocockius ad *carmen Tograi* p. 162. Itaque verendum *Ioua demensum cibi et potus mei*, quod paulo liberius tantum in versione germanica expressi, vt mox manifestior fieret allusio ad sacerdotum stipendia. Sed hoc quam egregie dictum! Libamina illorum nolo libare, quasi vinum adeo mihi desit et ci-

bus (constat enim cibum quoque in libaminibus Diis appositum fuisse) : Ioua ipse mihi largiter hoc omne suppeditat.

תומכי גורלי: HVRIGANTVS תומכי excubi curauit in sua Psalterii recensione et in Commentario ad Biblia Hebraica amplius תומכני suadet, vt sit sensus: *attribuens mihi*. Contra rectissime iam monuit ill. MICHAELIS eiusmodi medela non opus esse, cum *Schultenus* euerit תומך non participium in Kal verbi תסך sed futurum in Hiphil a יסך f. ומך esse. Sed eidem, in versione *tu amplificas hereditatem meam* non accedere possum. Ferrem, si נתלתי diceretur, quod tamen postea demum sequitur, hic גורלי antecedit, quemadmodum re ipsa fortibus terra diuidebatur, antequam aliquis de sua hereditate gloriari poterat. Atque si nunc veritas, *amplificas sortem meam*, quid intelligis? Nimirum quod *amplificare, in longum latumque extendere*, per se est, de sorte usurpatum, quid aliud sit, quam *trabere sortem*? Hoc profecto toties desideres in magni *Schulteni* explicandi modo, eum quidem exquisitiores significationes verborum seorsim sumtorum cum egregio doctrinae apparatu conferre, ordinare, vt Lexico scribendo nihil desit, sed si nunc ad singulos locos modosque loquendi vna ex iis accommodanda sit, mire vt plurimum connexa aut plane contorta adferre. Sed vt ad propositum redeam, tale quid iam *Agellius*, atque cum eo *Lorinus*, qui illius verba exci-

tat,

tat, subodorati sunt, dum hic, *putat Agellius*, inquit, *sensum esse verbi graeci* (ἀποκαθίστων, quo nimirum LXX hic vtuntur,) *quod attollat Deus, eleuet, educat,* manu propria veluti extrahat, *teneat, appendat etc. sortem.* Atque sic alius graecus interpres Gen. XXIII, 16. שקל ἀποκαθίστημι vertit. Quam egregie vero Sacerdos dicere potuerit, *tu trabis s. traxisti sortem meam*, cui nulla possessio propria sorte ceciderat, sed ab ipso Deo procurata fuerat, monitore apud doctos non eget.

בנעימים *in amoenis*, locis s. agris: Sic vertunt atque eiusmodi quid subaudiendum censent, qui bene auriti sunt: Ego nihil audio praeter בנעימים
 Vt hoc nouo exemplo sit tot aliarum, quae finguntur, ellipsium, quemadmodum, cuius paulo ante meminimus, in ור et ים permutationis. Est nimirum vocabulum huius formae a coniugato נעמרת bene distinguendum, quemadmodum ipse vates diuinus vtrumque in hoc carmine distinguit, cf. v. 11. Illud ter amplius occurrit 2 Sam. I, 23. Hiob XXXVI, 11. et Prou. XXIII, 8. atque sine alio nomine positum de personis vsurpatur, vt indicet *optimos, praeclaros* homines, non excepta oratione Elihu apud Iobum. Nam etsi hic quoque plurimi *in deliciis* vertunt, quasi esset בנעמרת, tamen aequae certum est eos falli, cum opponantur com. 14. קרשים scortatores, homines impuri, adeoque huius, *vitam cum scelestis atque nefandae libidinis hominibus perdere,*

dere, oppositum com. II. sit, *consumere annos cum praeclaris*. Hi itaque sunt **הנעמי** et verba **נעמי** apud Prouerbiorum auctorem *gratiarum actiones*. Atque omnes antiquiores interpretes graeci in hoc loco ponunt eiusmodi quid, quod ad personas referri debeat, vt mirum sit recentiores iis locorum, regionis descriptionem obtrudere potuisse; LXX *ἐν τοῖς κραισις*, Symmachus *ἐν καλλισις*, Aquila *ἐν τοῖς ἐμπρεπεί* et cum LXX latinus interpres *in praeclaris*, quem tamen etiam ex sua latinitate metientes de locis intelligunt. Vt itaque vertendum esse iudicem, *inter praeclaros*, optimos, *funiculus mensorius mihi cecidit*, intelligendamque siue tributum, in qua obtigerat sacerdoti vaticinanti possessio sua, siue vniuersam sacerdotum familiam, cui adscriptus erat,

Accidit itaque huic vocabulo, quod simili **סערנים** Gen. XLIX, 20. Hoc idem turpiter confundunt cum **סעמים** verbo aliarum plane litterarum in significatione *deliciarum, ciborum sapidorum*. Monebam itaque in *notis criticis* ad h. l. *metallifodinas* intelligendas esse atque ex vsu radicis Arabicae, quemadmodum ex descriptione terrae Afferiticae confirmabam: Et tamen nouissimus interpres, qui toties eiusmodi vitia in aliis cum acerbo ioco vituperat, *regias dapes* et ipse transtulit. Poteratne eum fugere mox adagio secundo, prouerbiorum Arabicorum ab *Erpenio* fabulis Locmanni subiunctorum,

sapien-

fapientem dici patriae suae id esse, quod aurum in
fodina sua ^{في} ^{سَعْدَنَا} [؟] ^{כמערני} hoc ipso verbo?

Neque vnus hic locus est probandae huic significa-
 tionis, cum et *Abulfaragius* in *hist. Dynast.* p. 4. ex-
 presse *Indos* his verbis laudet ^{הם מעון אלהכמה}
 atque hi sunt *fodina* sapientiae. Et quoniam semel
 in hunc locum incidi, iuuabit alii interpretationi ver-
 bi ^{מרכרות} succurrere, quod ibidem p. 91. tan-
 quam aequè malè intellectum suasi *imperium* vertere,
 leniore verbo germanico *Leitung*, Deut. XXXIII, 3.
 Propter haec talia audio quibusdam nouarum rerum
 studiosus, alii Arabismum desiderant, quem tamen
 non neglexi, confidens cordatiores ex lectionis suae
 copia argumenta plura liberaliter collaturos esse.
 Nam hoc quidem serio optarem eiusmodi studiorum
 consensum inter doctos vnus aetatis et operae Viros
 reperiri, vt quod vnus argumentis non contemnen-
 dis vsusque subsidiis sibi paratis admonuit, alter per
 reliqua adiumenta perficere tentaret, laude certa et
 ipsi manente. Sed credo hoc vix expectandum esse
 a contrariis consiliis vniuersitates literarum separan-
 tibus, vt cauendum sit sedulo, ne, quod v. g. in
 Helmstadiensi Academia scribatur, in alia cum ap-
 plausu audiatur: Et volunt forte mecum etiam non
 conspirare, quoniam a multis haereticus esse iudicor.
 Sed ad rem. Manet mihi certus vsus verbi ^{מרכרה}
 quem docui: Nam ita non modo Poëta apud *Da-*

Milium in *Dissert. selectis*, hocque vere, quod vsu cognoui, Deum describit p. 370. tanquam qui sit **חי אל מרבר כל אמר**, *viuens et gubernans omnia*, verum *Elmacinus* etiam in *hist. Sara*. p. 81. laudat Hisiamum, quod fuerit **השן אל תרבר**, non tam vertendum *optimae administrationis* cum *Erpenio*, quam *optime meritis administratione*.

אשר יעצני, *qui mihi consuluit, aut consulit*: Ita simpliciter verto aperta sententia, si Sacerdos haec dicat, cuius necessitatibus diuina beneuolentia sapientii consilio prouiderat. Neque dubitem LXX **τοῦ συνετισαντα με** huc referre, quod Latinus nimis ad verbum transtulit, *qui tribuit mihi intellectum*. Sed constat satis apud Graecos **συνετος** aut **συνετος** proprie de prudentum consiliis adhiberi.

אף pro **כי אף** in libris Profaicis est, *etiamsi*; fortassis etiam, *quando*, vertendum.

יססרוני כליותי, *pungunt me renes mei*; si vel maxime summo animi moerore afficiar. Digna est obseruatio *Flacii* in *Clauē* ad verbum *renes*, quae tota hic excribatur, et de qua me in tempore admonuit amicus — „Galenus testatur aliqua ex corde in renes euehi. Sensu etiam ipso percipimus, quod in magno moerore in ea parte circa lumbos sentiamus dolores ac veluti compunciones quasdam; unde et opinor fieri, vt interdum compunctio pro moerore, contritione ac poenitentia popatur. Sic et Iere-

Ieremias indicat in magno moerore ac terrore dolere renes et lumbos, XXX, 6., Haec ille, quae et verissima sunt et amplius confirmari possunt ex Threnor. III, 13. vbi *immisit in renes meos tela sua*, nihil aliud profecto, exornatione poëtica, est, quam *summo me dolore animi affecit*.

Fingitur itaque Sacerdos veri Dei, intimo sensu suorum hominum studia idololatræ nocturno quietis tempore deplorans, seque hac cogitatione erigens, quod is Deus, qui ei hactenus peramanter consuluerit, neque imposterum sua tutela ipsi defuturus sit. Quae quomodo etiam ob illud ליליות in Seruatorem nostrum aptissime transferantur, per se patet.

כי מימיני, *quoniam me tuetur*, sensus esse potest: Malim tamen in versione textum pressius sequi, *quoniam a dextra mea est*, vt sic quoque Sacerdos audiatur, qui in templo sacra faciens valde proprie ex συγκαταβασει diuina, Deum dexterrimum sibi, vt ita dicam, cogitare poterat.

כל אמרו: Acute, vt solet, hic sensit ill. Michaëlis incommoditates suae de vniuerso carmine tanquam sepulchrali coniecturae, adeoque plane inexplicatum reliquit. Nam omnino *Φρασις* hebraica semper in iis ponitur, *qui perpetua valetudine, felicitate, vtuntur*, in quo credendo nisi quis libenter acquiescere velit vsui linguae vel ex Pf. X, 6. XXX, 7. perspicuo, abeat suis sumtibus suoque cum damno in orient-

orientem, nunquam certe rediturus cum copiis, quae illustriorem sententiam faciant. Sed ita fit, intricant se boni interpretes non modo, verum etiam clari, difficultatibus, ut, quo diutius progrediantur, hoc minus se extricare possint. Itaque

בשרי ישכן לבטח, aliis verbis idem est, sensu nimirum primo. Nam בשר, quemadmodum saepius σαρκί in N. T. *externa hominis bona caduca, tenuia* et sic porro significat, et aequè constat, *secure habitare*, pro, *secure viuere*, admodum frequens in libris hebraicis esse. Viuit itaque caro secure, si quis constante valetudine fruatur atque reliquis, quae ad externam felicitatem pertineant, abundet bonis. Neque tamen hic quoque sensum sublimiorem negare ausim, quin potius propter hunc verbum ambiguae significationis בשר selegisse existimandus sit vates diuinus. Quod aequè valet de proxime sequentibus:

לא תעזב — לשאול: Verbum עזב sequente ל aut כ semper est, *tradere*, siue, *relinquere* alicui, consentientibus locis Leuit. XIX, 10. 2 Paralip. XII, 5. Pl. XXXVII, 33. XLIX, 11. Itaque sensu primo hic vertendum, *non trades*, relinques, *me sepulchro*. Qui toties ad explicandum verbum לשאול multa disputant de statu post mortem et regno mortuorum subterraneo, quod omnino veteres Hebraei sibi cogitabant, non tamen significationem ipsius vocis afferunt, sed ἐννοίας cum vita in sepulchro

chro transigenda coniunctas ab ingenio humano. Ea nimirum semper haec est, vt nostro *sepulcri* verbo aequipolleat; quod ipse *Vriemootus* concedit ad *dicta classica*, P. II. p. 146. estque in commentariis non ambitiose conquirendum, quod dici possit, sed quod singulis locis declarandis sufficiat.

לראות שחת: Hoc nunc aliis verbis idem est. Nam non solum שחת semper *foueam*, locum perditionis, significat, verum ipsa etiam *Φερασις* tota occurrit Pl. XLIX, 10. de lege mortis, cui omnes parere cogantur. Qui hic contradicunt, vt efficiant verbum cum שחת coniunctum in vetere lingua fortassis significationem *foucae*, in *corruptionis* alteram mutasse, neque etiam satis commode pro auribus Hebraeorum dici potuisse *videre aliquem foueam, cryptam*; bene agunt, quod tamen haec omnia dubitanter tantum ponunt. Nam quis nostrum aurium hebraicarum in eiusmodi argumento iudicium faciat? Et non magis absolum sit ab omnium terrarum populorum auribus dicere, *videre corruptionem!* Imo sepulchrum meum video, intueor, corruptionem meam, qui nunquam initia eius et progressus in caduere subterraneo sensu oculorum cognoui, non intueri possum: Atque Hebraeis omnia viuidius experimentibus illud, quod oculorum iudicio patet, peregrinum fuisset! Sed clara etiam est loci paralleli sententia. Nam ibi *videre שחת* opponitur prioris membri *perpetuitati vitae*; quod antea dicitur, *perpetuo*

petuo vivere, post declaratur, per non videre שחת: h. e. verbo vno, *mori*. Tandem *corruptio* est ubique Hebraeis משחת, quemadmodum שחת locus ipse corruptionis. Quod itaque in priore membro est *tradi sepulchro* in posteriore amplificatur, per *videre cryptam*; et quemadmodum nos Germani inter *Grab* et *Grust* discernimus, ita aequè Hebraei inter שארל et שחת. Ceterum ad versionem germanicam docui, quomodo haec tamen retenta eadem interpretatione Seruatoris resurrectionem praesignificare potuerint.

את פניך — כימינך. Hac etiam vtraque descriptione Sacerdos valde proprie vti poterat, cui arca foederis פני יי et ibi simul dextra Dei in templo adeo propinqua erat. Sed Praeteritorum fati!

In

PSALMVM CIV.

כִּרְכִי נַפְשִׁי. Verbum כִּרְךָ in Piel non tam laudare, aut gratias agere, quam praedicare, celebrare significat, cum illis notionibus exprimendis הָלַל et הוֹרָה Hebraeis in usu sint. Itaque non permiscenda sunt haec verba in versionibus, verum cuique suum aeque respondens substitui debet, ut tunc enarratoris officium sit demonstrare, quomodo haec notiones in singulis locis connexae sint.

הוֹרָה וְהוֹרָה, decus et ornatum, ad verbum; h. e. excellentissimum ornatum. Ita fere Aquila ἐπιδοξοποιεῖται καὶ διαπρεπεύειν: Nam qui prius ὑμνον vertunt, ut Symmachus, male a יָרָה videntur derivasse, unde in hac significatione est הוֹרָה. Vtrumque quoties coniungitur Pf. XXI, 6. XLV, 5. XCVI, 6. CXI, 3. Iob. XL, 5. de splendore externo regis, imperatoris, usurpatur, quemadmodum הוֹרָה קֹדֶשׁ ex his quae de verbo קֹדֶשׁ ante monuimus, est mox univ. militis apparatus (CX, 3.) mox in publica follennitate (XXIX, 2.) vestitus festivus.

עֲטָה אֹר כְּשֵׁלֶמָה. Hic primum non dubito cum HVBIGANTO transpositis litteris legere שְׁמֵלָה

et quoties illud occurrit in hanc scripturam immutare, cum et apud Arabes constanter ita scribatur, neque firmis probari possit argumentis eiusmodi transpositionem litterarum de natura linguae hebraicae fuisse. Vt cunque tamen scribas, habebis nouum exemplum focordiae interpretum, qui omnes vertunt, *vestem* s. *vestimentum*, vt nunc quaestio oriatur, quali vestimento? cum nimis late pateat vsus verbi apud Latinos, atque hoc modo pulcherrima imago pereat. Sed optime LXX. totum reddunt, ἀναβαλλομενος Φως ὡς ἱματιον. Est nimirum שמלה plane graecorum ἱματιον, latinorum *pallium*, quemadmodum כעס graec. ἐνδυμα, latinorum *peplum*, (cf. SCHROEDERVM de vestitu mulierum hebraearum). Pallium apud Hebraeos erat duplex, aliud virorum, aliud feminarum, vtrumque שמלה appellatum Deut. XXII, 5. in quem locum laudatus *Millius* absolutissimum de meo sensu commentarium scripsit in diss. selectis. Huius viri obiter commendo omnia tironibus atque adeo animum eius ipsum ingenue agnoscentem, quae aliis debet, quo longe superat popularem suum atque antecessorem *Relandum*, qui vel in illo *de religione Mahomedica* argumento toties exscripsit *Ed. Pocockii*, in *Specimen historiae Arabum*. Et quis etiam hunc atque Hottingerum nostris temporibus non exscribit, si res ita postulet Orientis aurum congerere! — De שמלה, pallio, admonebam, vt nunc addendum sit porro de hoc proprie apud Hebraeos

Hebraeos

braeos vsurpari טעו respondens graecorum περιβαλλεσθαι, ἀναβαλλεσθαι, ἐπιαναβαλλεσθαι; vnde denuo aberrant, qui h. l. vertunt *indutus*, quod tamen est לבשׁל. Totum itaque vertendum: *iniiciens lumen sicut pallium*. Et o quam venuste! cf. notas ad translationem germanicam.

כיריעה vetus interpres latinus post LXX vertit *sicut pellem*, vnde cum tabernaculum ex pellibus conficiebatur atque omnino tentoria quaeuis apud antiquiores populos pellibus constabant, omnes fere *tentorii* descriptionem hic interpretando inueniunt conferuntque Ies. XI, 22. membrum posterius. Sed conferendum erat potius membrum prius in quo קד nostro respondet verbo, et potest, vt puto, vix probari vocabulum כיריעה simpliciter et in numero unitatis positum, pro ipso tabernaculo vsurpatum fuisse. Equidem non ignoro 2 Sam. VII, 2. *intra pellem* et 1 Chron. XVIII, 1. *sub pellibus* esse tabernaculi descriptionem, quemadmodum latinis milites in tentoriis, *sub pellibus esse*, dicuntur. Sed hoc credo in eiusmodi orationis textura atque adiunctis, quae mox cogunt de tentorio cogitare, cum hic adeo impediatur verbum *extendere*, quod nunquam de tentoriis exstruendis vsurpatur. Itaque haec tenentem *expandit coelum sicut cortinam, s. sicut velum* et cum Schauio p. 183. *Itinerarii* dicerem inesse allusionem ad morem populorum Orientis, qui expandere velum in areis soleant, sub quo ab aestu solis coeli-

C

que

que tempestatibus securi ambulare possint. Attamen hoc modo decorum laesisse mihi videretur Vates diuinus, qui cum singulari artificio poëtico haec omnia, quae v. 3 - 4. continentur, in domestico Dei apparatu numeret, quomodo potuisset tale vmbraculum Deo affingere, quasi et ipse solis aestu premeretur? Quare mallem de *stragulis* intelligere, quae solent in Oriente substerni potentioribus, vt sit comparationis vis haec: Deum firmamentum tanquam pretiosissimum, super quo ingrediatur, pannum expandisse.

עליוותו — המק: *Contignans super aethere solaria sua.* Ita similiter in versione germanica sententiam exhibui, in quo etsi ipse mihi non per omnia satisfeci, hoc tamen, vt spero, asssecutus sum, vt plus intelligatur, quam per aliorum *coenacula sua, triclinia sua, altum suum domicilium*, aut plane *superiora eius*, quo verbum male intellectum LXX τα ὑπερφωα transferunt. Ita nimirum hi עלייתו constanter reddunt το ὑπερφωον non minus ex vsu scriptorum N. T. cognitum. Nunc etsi non dubitari potest, vel propter hanc interpretationis constantiam eam verissimam esse, tamen aequè obscurum est, quid ὑπερφωον sit, vt proinde noua subsidia conquirenda sint. Ea vero haectenus suppeditauit *Schavius* (p. 190. 199.) vt constet ex eius narratione verbum עלייתו adhuc in Arabica lingua frequentari de aediculis in extrema parte ipsarum aedium exstructis, quae sint altiores

res

res aliquando his ipsis et ad quas per gradus quosdam ascensus fiat, unde graecis *ὑπερβολα* appellatae fuerint. Sed neque hoc satis sit, tum ad antiquissimum usum eiusmodi aedium cognoscendum, tum ad verbi hebraici amplitudinem comprehendendam. Efficiemus itaque, si fieri possit, ut hoc utrumque paulo clarius pateat. Itaque primum ab ipsis aedibus has *עליית* aperte distinguit Ier. XX, 13. 14. *tanquam* partem earum posteriorem non superiorem atque idem subindicat regum, magnatum atque ditionum magnificentiae eas suo tempore relictas, neque earum usum ita vulgarem fuisse, quemadmodum nunc in Oriente est et successu inualuit fitque hoc amplius manifestum ex omnibus reliquis locis Scripturarum Ver. Test. in quibus solis principibus Iud. III, 20. 23. sqq. regibus 2 Sam. XVIII, 33. 2 Reg. IX, 2. XXIII, 32. aut quos magnifice excipere volebant, 1 Reg. XVII, 19. 23. tribuuntur. Quibus si addas expressam significationem Scriptoris facti in loco Iudicum *עליית* Eglonis ipsi soli patuisse, nulla relinquatur dubitatio quin haec aedificia *intima sacraria* fuerint regum et sic porro. Quare haecenus non dubitarem vertere *contignauit super aethere intimos suos recessus*, ut nunc sublimi imagine Deus cogitetur, quem nemo videt et ad quem nullus mortalibus accessus patet. Sed non desunt etiam argumenta, ex quibus, *Solariorum, locorum subdiualium*, significatio confirmetur,

tur, imo alia tertia, si recte iudico, cuius tamen hic nullus vsus foret. In ea nimirum fabricae templi descriptione, quam David exhibuisse traditur Salomoni 1 Chron. XXVIII, 11. harum עליותיו mentio fit, quam si conferas cum Iosephi narratione in antiquitt. p. 423. (t. I. ex edit. Hauer campi) habes primo אולם, Iosephi προναος; deinde בתיו, huius οὐκός ἐξωθεν περιμεμεινός; porro גנזכיו, huius contignationes, erant enim τρισεύχοι; עליותיו huius ὑπερωσων οίκων, et tandem חדריו פנימיים interiora conclauia scil. sacerdotum, quibus tamen nihil respondet apud Iosephum. Itaque ille ὑπερωσων οίκος apud Iosephum erat locus caelo patens tribus illarum aedicularum contignationibus superstructus. Nam neque illud scio, vnde habeant alii, qui גנזך vertunt Gazophylacium, quod fortassis גנז foret; Debet certe auctoritas Iosephi in hoc argumento nobis maior esse, inprimis cum non dubium sit cameras, in quibus vasa sacra et vniuersus templi apparatus reponerentur, sub illis חדרים comprehendi. Sed quod haecenus successit, vt עליות Davidis probabile fieret esse τον ὑπερωσων οίκων Iosephi, nouis difficultatibus inuoluitur, si comparemus 2 Chron. III, 9. in quo loco vniuersam templi fabricam e superiore praescripto Davidis perfecisse narratur Salomo. In ipso Davidis mandato quemadmodum apud Iosephum haec עליות extra adytum in ipso templo fuisse perhibentur

bentur, contra in posteriore Chronicorum loco descriptioni adyti ipsius inferuntur, cui tamen nullum aliud aedificium siue adstructum, siue superstructum erat. Vnus hic *Lightfootus*, (t. I. opp. p. 588.) coniectura aliqua probabiliore usus est, vt diceret, *laquear* adyti esse intelligendum. Sed mihi planissime persuasum est ערירית hic plane non de aedificio aliquo tanquam in mentione clauiculorum, sed de horum capitulis sumendum esse, vt sit versio: et *pondus clauorum fuit quinquaginta siclorum auri, nam capitula obduxit auro*. Nempe in Hebraismo atque omnibus linguis cognatis verbum ערה adhibetur in omnibus, quae in aliqua re summum atque extremum constituunt. Inde toties Deus *summus*, celsissimus, תערי in Alcorano dicitur et frequentissimum est apud Scriptores Arabum *verticem* montis, *cuspidem* hastae, quin imo, non ipsum *caput*, vt est in *Castelli* Lexico, sed *occiput* appellare ערירית. Vnde putem patere, quomodo idem verbum ex ingenio linguae ad *capitula* clauorum transferri potuerit aequae, quemadmodum ad aedificia, et quomodo nunc porro in his siue *posticas aedes*, siue *solaria*, siue etiam, quod placuit *Clerico* et nuperrime MICHAELI, *superiora conclauia* significauerit. Inter quae tria nunc optionem relinquo Lectoribus, quod ad huius loci interpretationem attinet, et a Viris cordatis, qui nulla inuidia alienae in literis Orientis industriae

ducuntur, vt sunt REISKII ET FISCHERI, si forte haec mea legerint, expecto, vt illi ad posteriorem Chronicorum locum allatae coniecturae plura atque firmiora liberaliter addiderint argumenta.

מִשְׂרָתוֹ — מְלֹאכֵינוּ. Verbum posterius magis honorificum est, quam עֲבָרִים, nec vquam in seruitiis ponitur, vnde respondet graecorum λειτεργος, διακονος, latinorum, minister. Totum vero quam egregio ornatu poëtico dicatur, vide in notis ad versionem germanicam.

עַל מְכוֹנֶיהָ verro, *super pondere suo*. PAGNINVS, *super locum suum*, manifesto errore, ac si esset, עַל מְקוֹמָה: Alii, *super basibus eius*, aut cum Hieronymo *super basin suam*, vt nunc semper enarratore opus sit, quomodo intelligi debeat, quod est contra officium boni interpretis. Quanto melius Alexandrini, ἐπι τὴν ἀσφαλῆαν αὐτῆς, quos imitatur latinus interpres per suum, *super stabilitatem suam*, etsi *firmitatem* potius dicere debuisset. Sed hoc explicatius est, quod diximus, cum terra suo pondere nitatur habeatque firmitatis rationem sibi insitam, ita, vt nunquam a centro suo dimoueat, quod mox sequitur, כֹּל תִּמְסוֹט. Atque sic opportune iam contulit *Lorinus* ad h. l. illud ouidianum

— et pressa est grauitate sui.

כִּסְטִיתוֹ

כסיתו: HVEIGANTVS in laudata editione **כסיתו** imprimi curavit in forma affixi feminini, putatque in Commentario **כסיתו** tanquam femininum hanc formam requirere. Si Codices addixerint, nec ego contradixerim, cui haecenus persuasum est in huiusmodi insolentis reliquias veteris linguae agnoscendas esse. Neque placet omnino Crisus, quae hoc modo in minutiis grammaticis exercetur, dum tot supersunt in rerum verborumque accurata interpretatione impedimenta, siue per lectionis corruptionem grauiorem, siue per sinistra hominum studia.

בנחלים: Hoc Graeci non male vertunt **ἐν Φαγαγγίω**. Est enim locus concauus inter medios montes, vallis angustior, nostrum germanicum *Grund*; in quo differt ab antecedente **בקעות**, quae est vallis amplior, latior. Ferri possunt antiquiores interpretes, qui post Chaldaicum alteram *fluuiorum* significationem hic admiserunt, sed plane vituperandi, qui adeo de *torrentibus*, **χειμαρρῶν**, cogitarunt, quorum mentionem quis in amoenissima descriptione expectet?

חיתו שרי, pro quo in HVEIGANTI editione est **חיות שרי**: Sed quis hoc audeat in carmine et non potius libenter vestigia dialecti poeticae Hebraeorum in vtriusque vocabuli forma insolentiore

agnoscat! Et tamen laudandus est alio nomine Vir celeb. quod in ipsa interpretatione *bestiae agri* ponit, cum alii, non excepto illustr. MICHAELE, *feras* hic immisceant, plane contra vsum linguae: Hae etenim constanter dicuntur חיות יער, quod paulo post sequitur, illo mere de animalibus campestribus vsurpato.

ישכרו, ex HVBIGANTI recensione et auctoritate Cod. orator. 42. ישכרו, repugnantibus tamen antiquis versionibus omnibus, quemadmodum ingenio linguae. Nam quod ad illas attinet, Alexandrini sine dubio legerunt ישכרו, pronunciantes tamen ישכרו cum verbo προσδεχέσθαι utantur, vti Ruth. 1, 13. in eodem verbo; Chaldaeus porro יתכרון habet; Symmachus ἀνακτησεται; vetus Psalterium cum Augustino, *suscipient* — in *siti*; Vulgatus, *expectant* — in *siti* sua. Deinde si putat Vir doctus peregrinam esse φρασιω *frangere sitim*, quomodo non plus peregrinum sit, *inebriare sitim* dicere? quare illud non aequè dici possit, ac Latinorum *frangere diem mero*, *frangere libidinem*, Anglorum, *frangere ieiunium* in notissimo *Breakfast*? et quid adeo cogit frequentiori significationi verbi שכר ita inhaerere, quando de *siti* vsurpatur. Vt non dicam שכר semper de nimio potu ebriosorum adhiberi atque vel propterea nunquam tribui bestiis, quorum nimirum non est inebriari

ebriari et immodice bibere. Itaque optime ver-
tisse censendus est *Symmachus* ἀνακτησεται - διψαν
ἐαυτε, quod denuo mire quidam reddit, *recupe-
rant* sitim suam, pro *recreant*; nam illud est ἀνακ-
τησαδαι si de imperio sermo sit.

מבין עפאים graeci LXX, quos latinus in-
terpres secutus est, vertunt ἐκ μεσς των πετρων,
vnde putant eos legisse כפאים, aut pro πετρων
rescribendum esse πεταλων. Sed vtrumque mihi
non necesse videtur. Existimem potius eos in vo-
cabulo vsus rarioris sensum paulo liberius expref-
fisse, quoniam sequens ירתנו קול de suaui mur-
mure riuorum ex petris profluentibus intelligebant.
Ceterum *Lorinus* iam admonuit de eleganti annomi-
natione huius עפאים ad antecedens ערף, vnde
probabile fit *ramos* frondosos, ex consuetudine alia-
rum linguarum, cum sint receptacula עופאים, leui
immutatione in sublimiore scribendi genere עפאים,
appellatos fuisse. Hoc profecto mihi certum est
non *frondium*, quibus indicandis aliis hebraei vtuntur
vocalibus, sed *ramorum* et quidem *frondosorum*
significationem inesse.

להוציא לחם ונגי: Cum his verbis nouum
versum 15. incipio, vt primum sibi constet paritas
membrorum in antecedente,

מצמיח הציר לכהמה

ועשב לעבודת האדם

et in sequente quattremברי primi et tertii, quem-
admodum secundi et quarti structura per vices arti-
ficiose immutata sibi respondeat

להוציא לחם מן הארץ

ורין ישמח לבב אנוש

להצחיל פנים מששמן

ולחם לבב אנוש יסעד

Ipsum כהמה recte Vulgatus vertit *iumenta*, pro
quo alii *pecora* habent, quod tamen esset צאן aut
שה. Et eleganter horum tantum in hoc loco men-
tionem facit, in quo proxime culturam agri com-
memorat, cui nimirum exercendae inseruiunt.

עצי יחווה: Incertum est, quid mouerit
Alexandrinus, τὰ πῆδος vertere pro τὰ ἄρβυλας, quod
Symmachus habet: Hoc certum *arbores Iouae* non
pro *excelsis* dici ex verissima HVBIGANTI obser-
uatione nunquam augmentum rei per coniunctionem
cum nomine *Ioua* proprio Dei sed constanter per
additionem τὰ אל aut אלהים fieri. Itaque
Deo peculiariter tribuuntur, quoniam sine multo
labore hominum germinant atque crescunt.

קנייך,

קנייך, pro quo exhibet HVBIGANTVS in singulari קנייך, motus graecorum interpr. auctoritate atque sensus ipsius, vt putat, concinnitate, cum omnia sint *una* possessio Dei. In quo postremo acumen Viri celeb. miror, quem tamen non offendit proxime antecedens *opera tua*, neque profecto offendet *Philonis* in Genesin dictum *παντα τς Θεσ κτηματα* esse. Sed quis etiam *ἀρχιβειαν* scholarum in carmine desideret, in quo sane multo elegantius est Deo plures possessiones, quam *unam* possessionem adscribere.

אליך ישבכרו, *te expectant*. Bene quoad sensum. Sed cum alibi in simili argumento oculis tribuatur (Ps. CXLV, 15.) et in vtroque loco cum אל componatur verbum שבר in forma Piel, mallem vertere, non quidem, vti est apud *Ambrosium* in hexaem. c. 2. *ad te spectant* (quod esset ישבכרו in Kal) sed, *te aspiciunt*, quod est expectantium.

תאסף ex recentiore Orthographia pro תסף, quoniam, vt nos solemus, litteras in scribendo omittebant, quas loquentes non pronuntiabant. Sed in mortuis linguis credo pleniorē scripturam restituendam esse, inprimis, si puncta desint.

פני הארמה *superficies soli*; nam hoc est תכל, (vniuersum terrae corpus, ארץ, et ארמה,

והוא

ὄικαμενη) vnde אִישׁ אַרְמָה *agricola*; suntque per eius renouationem intelligendae vicissitudines hominum, animalium, frugum etc. Quare plus inest in apostolica Φρασαι, σχημα κοσμου.

כמעשׂיו, ante מעשׂיך, vtrumque Alexandrini vertunt ἐργα cum potius debuissent dicere ποιηματα, *creaturae*. Hae enim Hebraeis dicuntur "מעשׂי יי", contra "פעל יי" sunt effectus prouidentiae diuinae in creaturis.

המכביט לארץ — ינגע בהרים: Pulcherrima descriptio Dei, cuncta, vt ille ait, supercilio mouentis, quando fulgura et tonitrua omnia terrent. Sed faciunt vertendo, *spectat, respicit, prospicit*, vt ille nutus omnipotentis plane non amplius conspiciatur. Itaque melius illi, qui reddunt *adspicit* terram, et alterum *attingit*, vt Clericus, etsi toties contemnitur, pro *tangit*. Nam נגע sequente ל est *attingere*, simplex, *tangere* et הכביט sequente כ *intueri* (hymno XCII. 12. intuebitur oculus meus hostes meos, *er wird sich satt an ihnen sehen*) sequente אל *respicere* et ל sequente *aspicere*. Sed vt ictus fulminis viuide ita expressus pateat, verterem *affulget* terram. Similes exterorum Poëtarum formas loquendi in Praeferitis conscribere extra locum foret, vt adeo lectores de iis admonuisse mihi sufficiat.

בעורי.

בעור. Monui iam in *notis Criticis* ad Gen. XLIX. etc. עור esse saepius in Vet. Test. Substantivum in significatione *durationis*, atque vidi deinceps illud iam ante obseruasse *Vriemootum* ad dicta classica Veteris Testamenti atque conulisse Iob. XXVII, 23.

שיר, *carmen meum*: Ita mox verti debet, in quo libenter assentior illustr. *Michaeli*. Est enim שיר proprie *exspatiari*, in qua significatione Gen. XXIV, 63. fumendum est, cum, qui hic faciunt Isaacum *meditantem*, vt graeci interpretes fere omnes et antiqua Scholia graeca, non videntur simplicem illam naturae conuenienter viuendi rationem primorum hominum cogitasse, a qua certe longe aberat talis in agro commentatio Philosophi Peripatetici. Sed cum in omni commentatione quasi exspatiatur animus, translatum deinceps fuisse videtur verbum ad hunc sensu *meditandi*. Atque si nunc eius coniugatum de se vsurpat poëta, intelligendus omnino est carmen suum in mente habuisse. Neque abhorret hic vsus a latinorum consuetudine, vt in illo Horatii

egregii Caefaris

aeternum meditans decus.

Et conferri potest verbum מעשה Pf. XLV, 1. quod plane vt Graecorum ποιμα, Latinorum *opus* (operis

ris

ris lex, apud Horatium) *carmen* significat, ut mirum sit MICHAHELEM, qui hoc in nuperrima versione bene animadvertit, tamen mox antecedens רבר טוב vertere potuisse *froehliche Worte*, *Φρασαι*, quae nullius profecto linguae sit. Quin tu veritas *gratulationem*! Sed hoc totum Epithalamium misere vertendo corrumpit male intellectae ὁμοδοξίας, siue studium, siue simulatio: Socinianos, qui tamen etiam suam habent ὁμοδοξίαν, non excipio.

In

PSALMVM CXXI.

שיר למעלות: In HVBIGANTI editione est
המעלות expressum, quemadmodum in reliquis
omnibus huius inscriptionis Psalms. Neque tamen
video, quid adeo coëgerit scripturam mutare, cum
vtrumque de legibus linguae idem sit; nisi ita vo-
luerit Caietano cuidam scrupulum eximere, cui haec
lectionis diuersitas tanti videbatur, vt eius excussio-
nem Spiritui S. seruandam esse iudicaret. Quod ad
ipsum inscriptionis sensum attinet, conferendus est
absolutissimus Commentarius cel. TILLINGII, in
XV. Psalms, שיר המעלות Bremae MDCCLXV.
qui plane effecit carmina haec ad reditum ex Baby-
lonia pertinere.

מאין per interrogationem vertere, vndenam?
neque vsus linguae postulat, neque eius esse vide-
tur, qui iam cum tripudio dixerat *aspicio montes* etc.
Itaque vide, quae alibi monui,

עזרי *auxilium meum*, h. e. prosperi itineris
successus.

מעם:

מעם: עם dictio enclitica, quam forte carminis leges, aut membrorum paritas, aut numerus poëticus requirebant: Alias enim simpliciter מיהרה dicere potuisset.

ישן — ינום: Vulgatus prius ינום male transfert, *dormiet*, cum hoc fit ישן, illud *dormitabit*. Inverso ordine Algazalius apud Pocockium in specim. hist. Arab. p. 277. dicit, in Deum *neque somnum, neque dormitationem cadere*. Hic vult dicere, *noctu diuque te iter facientem custodiet*; et inest fortassis allusio ad columnam ignis et nubis, quo quidem symbolo praesentis Dei nunc ex captiuitate redeuntes non aequè gaudebant ac maiores in itinere ex Aegypto faciundo, ipsius tamen Numinis tutela fructuros se sperabant.

יככה pro יכך, ex vetusta orthographia, cuius reliquiae in affixo secundae personae non minus venerandae sunt, quam in verborum secunda persona, quoties puta, occurrit, יתה pro ית.

Atque haec pro nostri instituti ratione sufficiat in hoc loco reliquorum industriae addidisse.



1571. In diebus istis, quibus nos
vobis scribamus, vobis, ut sciamus
quid vobis sit, et quid vobis
sit, et quid vobis sit, et quid vobis sit.

1572. In diebus istis, quibus nos
vobis scribamus, vobis, ut sciamus
quid vobis sit, et quid vobis
sit, et quid vobis sit, et quid vobis sit.

1573. In diebus istis, quibus nos
vobis scribamus, vobis, ut sciamus
quid vobis sit, et quid vobis
sit, et quid vobis sit, et quid vobis sit.

1574. In diebus istis, quibus nos
vobis scribamus, vobis, ut sciamus
quid vobis sit, et quid vobis
sit, et quid vobis sit, et quid vobis sit.




Jh. 10. 11. 12.


17 WA 1584

37.
volp









Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

GVIL. ABRAHAM TELLERI
PRAETERITA
IN
QVATVOR HYMNOS
DAVIDEOS
II XVI CIV CXXI

SPECIMEN RELIQVORVM OMNIVM

LIPSI AE
APVD E. B. SCHWICKERTVM
MDCCLXXXIII.